

C A P V T VI.

D E C O G I T A T I O N E.

De eius vi et natura. Quomodo ipsa comparetur. In extemporalitate non superstitiose cogitatis inhaerendum esse.

Proxima stilo *cogitatio* est, quae et ipsa vires ab hoc 1 accipit et est inter scribendi laborem extemporalemque

§. 1. *Inscriptio* abesse putatur a Tur. Flor. de Campan. id quidem certum est. Est in Guelf. Goth. Iens. et posterr. Respue- runt Obr. Gesn. — *cogitatio*. Nulla hic memoratur lectionis neque varietas neque diversitas: quae utinam contigisset librorum constantia loco illi iterum iterumque exagitato X, 1, 1. sed ne adhuc quidem quamvis multorum tentaminibus extra omnem dubitationem posito. Quare iam tempus esse videtur meum quoque de re ambigua iudicium proponere, ne temere egisse videar, dum Spalding. partes me in illo loco sequi fas esse putavi. Et primum quidem non vidimus, cur statim ab exordio libri adeo dormitasse statuamus librariorum, ut qui optimorum auctores codicum praedicantur, Tur. Flor. Guelf. non distinxerint *cogitationem* a *cognitione*: quamquam passim hae voces inter se permutatas esse post alios docuit Goerenz. ad Cic. Fin. V, 21, 58. coll. III, 6, 21. Deinde quae sit *cognitio* quaeritur: num *theoria* quam dicunt? At ea ipsa in *praeceptis sita est*; an *scientia* quae proprie vocatur? Nonne vero mire dictum est: *cognitioni necessaria*, quum ex consuetu loquendi ratione dicatur: *rei vel operi vel personae* aliquid necessarium? Ita Prooem. §. 21. ne minora quidem illa, verum *operi* quod instituimus, *necessaria* praeteribo. Cfr. I, 10, 2. Cur itaque consuetudinem receptam reliquisse cogitemus Quinctilianum, utpote cui si universam praeceptorum cognitionem oratori instituendo necessariam esse significare volebat, dicendum erat: *ad cognoscendum*; vix enim locus reperiatur, ubi *cognitio* nullo addito nomine *rei* s. obiecti quod spectet, posita sit pro *arte* vel *disciplina* vel *notione* quam vocant *concreta* et *obiectiva*. Quodsi vero de *subiectiva* notione cogitas, ut sit *cognoscendi facultas*, qualis est apud Cic. Fin. III, 6, 21. *cognitione et ratione*; de Offic. I, 44, 10. *cognitio et scientia*, tunc haec sententia non tam fusa lateque patere debebat; restringeretur necesse erat ad officium *oratoris instituendi*. Provoquant quidem qui alteram scripturam *cognitioni* defendunt, ad exordium libri VIII. ubi haec enunciata leguntur: *rationem inveniendi atque inventa disponendi per omnes numeros penitus cognoscere ad summam scientiae necessarium est; cognitionem idem significare dicentes quod summam scientiae. Ve-*

fortunam media quaedam et nescio an usus frequentissimi. Nam scribere nec ubique nec semper possumus: cogitationi temporis ac loci plurimum est. Haec paucis admo-

rum liceat signare notionum et vocabulorum differentiam. *Summa scientiae* nihil aliud describit nisi *perfectam et plenam artis cognitionem*; id quod tum aliunde tum ex Prooem. §. 6. elucet, ubi id sibi esse propositum disserit Quinctil. *ut per omnes, quae modo aliquid oratori futuro conferant artes, ad summam eius operis perducatur*. Cfr. ibid. §. 5. Porro num credibile est, Quinctilianum duobus proximis libris confectis, in quos elocutionis praecepta contulerat, novum ab eadem sententia exorsum esse, quam in principio totius argumenti proposuerat, *digna esse haec praecepta, quae cognoscantur*? Vti haec a nemine in dubium vocabantur, ita bis repetita frigent — At illam *cognitionem* interpretari licet, uti nuper a Gerubardo factum esse vidimus, *scientiam artis rhetoricae*, (Kenntniss der Theorie der Bereds.) cui apte opponatur *vis dicendi*, quae *usu et tractatione paretur*. — Non resisto, dummodo ostendatur exemplis *cognitionem* simpliciter dictam tantam et tam gravem declarare notionem. Nemo enim facile ex tota antiquitate reperitur scriptor post Ciceronem, qui praecepti illius Ciceroniani tam memor fuerit et tam tenax, *in dicendo vitium vel maximum esse, a vulgari genere orationis, atque a consuetudine communis sensus abhorreere* de Orat. 1, 3. quam Quinctilianus: quare cur hominem tam diligentem existimemus ultra proprietatis fines in vocabulo adhibendo excessisse? Contra quid est *eloqui*? Ipsum audias Quinctilianum ita rem definientem: *est omnia quae mente conceperis promere atque ad audientes perferre*. VIII. Prooem. §. 15. Atqui *cogitatio* nihil aliud est nisi illud, *mente concipere*, cuius atque *orationis* eadem est conditio et naturalis quaedam consociatio, qualis corpus inter atque animum intercedit; ita ut utrumque per se indigens, alterum alterius auxilio egeat. Iam vero *vis illa dicendi* longe alia est quam *bene dicendi ars*; ea enim est *eloquentia*: nam qui *cum vi* dicit, graviter loquitur ac sensus animosque hominum commovet; *maxima enim pars eloquentiae constat animo* 1, 2, 30. Vnde manifestum est, duo illa enunciationis membra non ita inter se differre, quasi iis contineantur diversa, cuius generis sunt *praeceptorum scientia* s. *cognitio* et *usus* (Theorie u. Praxis) sed eodem modo quo *antecedens* et *consequens*, *caussa* et *effectus*. Neque enim quis opinetur, *cogitationem* non nisi eam esse, quam separatim tractaverit Quinctil. c. 6. latius enim patet. Cfr. VIII. Prooem. §. 27. *haec infelicitas cursum dicendi refrinat et calorem cogitationis exstinguit mora et diffidentia* Et II, 4, 15. recte *extemporalis garrulitas, nec exspectata cogitatio* i. e. subita, notantur — Postremo quum cogitatio, qualem hic describit Quinctil. arctissime cohaereat cum *stilo* sive *scribendi* exercitatione quid est absoni in illa sententia, quam in capite totius libri posuit scriptor? Num ulla vel scribendi vel cogitandi exercitatio esse potest sine certa aliqua et cognita forma ac specie rectae atque emendatae orationis? Ergo ipsa *cogitatio* est, cuius partes a scriptore nostro enumerantur X, 1, 4. non uti nonnullis visum est, *cognitio*. Neque ad aliam sententiam me vel invitum trahit illud quod supra dictum est 1, 2. qui

IN
dam hori
dies inter
tur: hae

autem scie
sario requ
pudentis s
tioni, utpo
dat animo
titio; quar
candia pr
solidum e
tum! — a
refragant
probaretu
Frotsch.
quum in
dem vari
nus fluxit
paret, qui
lidum. A
spuria s
atque. Q
obtinet, e
modo ex
enim loci
sequens i
enunciati
ut verba
merandis
quid add
dictum si
spicabatu
compositi
sam iter
Flor. om
opportun
scendum
ut quae i
sed ab in
— usus
est: freq
dunt vin.
nis passi
et numer
de Fin. I
ubique.
tione in
— vacui,
legitur e
caum ot.
riter. Se
si inspex
subicitur

dum horis magnas etiam causas complectitur: haec, quoties intermissus est somnus, ipsis noctis tenebris adiuuatur: haec inter medios rerum actus aliquid invenit vacui

autem *scivit* etc. coll. §. 4. quasi verbum adhibitum *scire* necessario requirat *cognitionem*, sic ut contradicere vel dubitare impudentis sit ac temerarii. At ego tam procul sum, ut huic rationi, utpote omnium levissimae concedam, ut nihil magis offendat animum, quam eiusdem sententiae ad taedium usque repetitio; quam quominus elegantissimo scriptori intrudamus, verecundia prohibet. Scilicet *illa scientia quid aliud est*, quam solidum et quo carere nequeat nec debeat *cogitatio* fundamentum? — *accipit et est inter*. Ita Spalding. cum priore quamquam refragante iudicio, utpote cui codicum indicia respicienti magis probaretur: *estque*; quam coniecturam in contexta recipere Frotzsch. non dubitavit; eum nuper secutus est Gernhard. Sed quum in Tur. et Flor. aperte legatur *quae post accipit*, (hoc quidem variante scriptura *accipiet et accipet*), unde corrigentis manus finxit in Tur. *quod*, in Flor. inseruit: *et est* quae: facile apparet, quid potissimum codd. auctoritate firmum sit, quid invalidum. Atqui delendum esse censemus illud *est*, quod non modo spuriae sed spurcae originis habemus; quo eiecto, substituimus *atque*. Quae particula uti eleganter h. l. vim suam *explicativam* obtinet, cfr. Goerenz ad Cic. de Fin. I, 10, 34. p. 47. ita quomodo exciderit, non difficile est ad intelligendum: innumeris enim locis a syllaba praecedenti vel similis vel eiusdem soni subsequens intercepta est. Itaque huius particulae ope singulorum enunciationis membrorum eam cogita constitutam esse rationem, ut verba inde ab *atque* in singulis *cogitationis* et virtutibus enumerandis et commodis, secundum locum obtineant, cui tertium quid additur, sed paullo diversum, quum nonnisi ex sententia dictum sit auctoris verbis: *et nescio an usus* etc. — Quod suspicabatur Spalding. *estque* tali membrorum vel consecutioni vel compositioni parum conveniens crediderim, ut taceam fastidiosam iterationem verbi *est*; quod quum superiore loco a Cod. Flor. omissum sit, ita coniectandi uti factum est, cl. Spaldingio opportunitatem dedisse videtur. Sed ne in his quidem acquiescendum esse puto: ultra progrediamur et bono animo legamus: *ut quae ipsa vires — accipiat*. Iam vero ut scriptorem ne violasse, sed ab iniuria, si qua erat illata, vindicasse videamur, optamus. — *usus frequentissimi*. In Camp. et Goth. Paris. 2. et Voss. 2. est: *frequentissimus*. Tur. et Flor. dant: *unus* et post *freq.* addunt *vim*: nempe id monstri exstitisse credas ex literarum formis passim inter se commutatis: *m* et *n* et *v*. Ita ex. c. *muneri* et *numeri*. Liv. 2, 41, 2. *movetur* et *novetur*, cfr. Goerenz de Fin. IV, 9, 22. p. 449. *notus* et *votus*. Id. 5, 13. 7. — *nec ubique*. In pauc. Codd. Flor. Guelf. Ambr. 2. *non*. ex commixtione in manuscriptis haud rara. Cfr. Drakenb. ad Liv. 5, 54, 2. — *vacui, nec otium*. In Guelf. c. Voss. 1. 3. Bern. et Amb. 2. legitur *vacuum otium*. In Iens. et editt. posterr. ante Ald. *vacuum ot. non pat.* Denique in Camp. pro *patitur* exhibetur: *pariter*. Sed haec leviora sunt ac facilia emendatu: magis labores si inspexeris Codd. Tur. et Flor. in quibus miri quiddam oculis subiicitur: v. n. *experientium*: in qua scriptura latere videbatur

2 nec otium patitur. Neque vero rerum ordinem modo, quod ipsum satis erat, intra se ipsa disponit, sed verba etiam copulat totamque ita contexit orationem, ut ei nihil praeter manum desit: nam memoriae quoque plerumque inhaerent fidelius, quae nulla scribendi securitate laxantur.

3 Sed ne ad hanc quidem vim cogitandi perveniri potest est aut subito aut cito. Nam primum facienda multo stilo

Spaldingio: *patitur otium*, facili transpositione; at *Frotschero*, cui ista non satis erat transposuisse: *nec perire otium patitur*. Ego equidem putarim non alienum esse a re ac sententia scriptoris: *nec expers est otii*. Nam ne vetustatis quidem, si qua esset auctoritas tantum apud me valerét, ut illa: *nec otium patitur loci ac temporis haberem*: plane abhorrere videntur a sententia scriptoris. Contra ut verba: *non patitur* ab interprete profecta habeam, quibus ille vocem *expers* explicaret, facile adducor.

§. 2. *quoque*. Abest a *Guelf.* et pro *nam* in *Cod. Tur.* et in *Camp.* est *namque*, quod a *Frotsch.* in textum est receptum. Sed si quandoque aurium sensui aliquid in oratione componenda tribuendum est, de quo nemo dubitabit, non poenitebit accessisse ad exemplum *Cod. Flor.* qui praebet: *nam et*, atque cum *Guelf.* omittere illud *quoque*, ita ut verba sic se excipiant: *Nam et memoriae plerumque* etc. Attamen ne arrogantius egisse videremur, modo alia admittenda interpunctione a *Spalding.* recedere placuit, apud quem pariter atque apud *priorr.* fere omnes exaratum legitur: *nam mem. quoq.* etc. — *fidelius quae*, praemissa plena interpunctione. Pluralem numerum ex auctoritate *Camp.* nec prorsus repugnantibus *Codd. Tur. Flor. Guelf. acc. Par. 1. 6. Amb. 2.* in quibus est *que*, etiam in verbis *inhaeret* — *laxatur*, quae scriptura est omnium *Codd.*, nuper restituit *Frotsch.* cui adsentitur *Gernhard.* Sint ista, modo ne scrupulus quamquam tenuior tibi resideat intuenti *Codicem Tur.* qui dat: *memoria*: quae lectio nescio an altera illa potior sit habenda, et quae etiam ex re plus habeat commendationis: nam et *laxari* et securitas magis *memoriam* spectat quam *res*, neque *inhaerendi* notionem absurdum est ad animum transferre. Cfr. *XI, 2. 6.* ubi *proxima* dicuntur *excidere, vetera inhaerere*. *Ibidem memoria maxere* effertur, quod haud inepte comparare licet nostro *inhaerere*. Itaque si placet, suppleas: *memoria rerum*, vel *memoria inhaeret rebus*. Illud probabilius. Igitur si haec ita disputata non displicent, locum ad hoc exemplum effingas: *nam et memoria plerumque inhaeret fidelius, quae nulla scribendi securitate laxatur*.

§. 3. *nos etiam cogitantes*. *Ienson.* praebet: *incogitantes*, et *posterr.* ante *Ald.* qui mutavit in: *nec cogit*. Utrumque respiciendum; illud enim unde enatum sit patet; hoc non erat corrigentis, sed creduli. — *augenda vis*. Ita *Spalding.* sententiam et orationem scriptoris adiuvit, quum in reliquis esset: *usu pro vis*; idque factum est suadentibus *codd. Tur. et Flor.* Quid h. l. sit *continere*, optime *Quinctil.* ipse explicat *infra c. 7, 24.* non minore studio *continetur* haec facultas quam *paratur*. Sed quoniam locus

IX
forma est
sumendus
animo qu
tam modi
vis et ex
maxima e
in illum l

admonet, t
tur retinere
rare vel si
dae atque
accipiundi.
2. imperit

§. 4. j
personalem
miniscatur

infra c. 7,
tio, si coc
actium cu
illo simili.

absoluto s
tum signif
ad c. VII,

ubique a
Quod si p
res, nihil
ctiliano fe

ita refinge
catum cen
minato ut
teribus ini
tam. Sic S

et Flor. n
ad norma
tam etc.

pressam o
— quam n
meres gra
modo com

a Spalding
quaque, u
centia usu
cogitaverit
si cui disp

nomen ei;
Gronov. e
certi aliqu
aliis in ho
Scepain ut
— Empyl
nomina et

forma est, quae nos etiam cogitantes sequatur: tum assumendus usus paulatim, ut pauca primum complectamur animo quae reddi fideliter possint: mox per incrementa tam modica, ut onerari se labor ille non sentiat, augenda vis et exercitatione multa continenda est, quae quidem maxima ex parte memoria constat: ideoque aliqua mihi in illum locum differenda sunt. Eo tamen pervenit, ut 4

admonet, tironum gratia notam aliquam apponam, qua dignoscatur *retinere*: scilicet hoc respondet verbo *parere*, quod est sibi parere vel sibi aliquid efficere cum *sensu voluptatis* inde percipiendae atque maioris eadem de causa si quid acciderit, detrimenti accipiendi. Itaque senties quam ad rem dictum sit illud Sall. Cat. 2. imperium facile his artibus *retinetur*, quibus initio *partum* est.

§. 4. *pervenit*. Spalding. recte ad h.l. monet, ne quis verbi *impersonalem* aliquam potestatem a scriptore hic admissam esse comminiscatur, quod non magis nostro loco factum esse adfirmat, quam infra c. 7, 19. Perquam optato eveniret, quantum equidem sentio, si codd. vel levissimis iudiciis copiam facerent genus verbi *activum* cum *passivo* commutandi, tum nostro loco, tum altero illo simili, praesertim quia forma passiva sensu impersonali s. absoluto scriptoribus valde frequentata est, maxime in verbis motum significantibus, veluti *ire*, *redire*, *venire* etc. Ceterum cfr. ad c. VII, 3. et 10. de confusione generum Verbor. dicta, ac fere ubique a nostro scriptore subiectum proprio nomine appellatur. Quod si placet cum Spaldingio subaudire loco subiecti vocabulum *res*, nihil contradico; sed non nisi aegre talem ellipsin in Quintiliano fero. Quare non ita violenta translatione verborum locum ita refingere liceat: *Eo tamen perveniet* (ita enim modestius iudicatum censeo) *is, cui non ref. ingen. ut acri stud. etc.* Nam in geminato *ut nemo* facile offendet, qui aliquam cum scriptoribus veteribus inierit familiaritatem. Cfr. ad Caes. B. G. I. 6. in. — *et tam*. Sic Spald. ex coniect. Reliqui: *ut ea etiam*. In Codd. Tur. et Flor. *ut ei etiam*. quae quidem scriptura eiusmodi est, quam ad normam Spaldingianam plenius ita expressam velim: *ut ei et tam* etc. Scilicet alteram illam particulam correlativam et suppressam cogites statim subsequenti *quam*. Nempe errant qui *tam* — *quam* nihil esse putent nisi *copulativi* generis: *adverbiis* adnumeris gradum significantibus. — *quam quae*. Pariter atque locus modo commemoratus ex auctoritate Tur. (a pr. man. *quamque*) a Spalding. subtiliore iudicio restitutus. Vulgata lectio erat: *quaeque*, nisi quod Obr. dederat *aeque ac quae*, nimia quadam licentia usus. Gesnerus locum ita refingi iubebat: *ut eandem quae cogitaverit — fidem servant*. Sed nihil mutandum; unum est, quod si cui displiceat, excusationis non prorsus erit expers: dico pronomen *ei*; sunt enim fortasse quibus rectius videatur: *sibi*. Cfr. Gronov. et Drakenb. ad Liv. 31, 11, 12. — *Scepsium*. De nomine certi aliquid prodi nequit; scimus enim a librariis plus quam in aliis in hoc vocabulorum genere omnia misceri solere. Ceterum *Scepsin* urbem in Troade sitam fuisse tironum gratia commoneo. — *Empylum*. Sic Tur. Flor. Per varios casus librarii alii ad alia nomina componenda delati sunt, quorum *Emphylum* et *Eriphylum*

is, cui non refragetur ingenium, acri studio adiutus tantum consequatur, ut ei tam quae cogitarit quam quae scripserit atque edidicerit in dicendo fidem servant. Cicero certe Graecorum Metrodorum Scepsium et Empylum Rhodium nostrorumque Hortensium tradidit, quae cogitaverant ad verbum in agendo retulisse.

5 Sed si forte aliquis inter dicendum effulserit extemporalis color, non superstitiose cogitatis demum est inhaerendum. Neque enim tantum habent curae, ut non sit dandus et fortunae locus, quum saepe etiam scriptis ea,

tanquam notabiliora commemoro. Ceterum ut eximii fuerint retores illi arte sua et admiratione digni: nostra parum nunc quidem interest scire quo loco vel nati fuerint, vel artem suam professi sint, quoniam de iis per totam antiquitatem siletur.

§. 5. *aliquis*. Burmanno placuit exhibere: *alicui*, quia in Codd. Tur. Flor. (acc. Ambr. 2.) et Voss. 1. 3. praebetur: *aliqui*. Sed Dativo casui non bene convenit verbum *effulgere*, cuius notionem simpliciter s. absolute usurpare praestat, praesertim quum tota enunciatio in universum sit prolata et ad omnes pertineat. — *effulserit*. In Guelf. *obfulxerit*; Goth. dat: *effluxerit*. Verum tum huic libro utpote inferioris dignitatis non ita multum tribuendum, tum uti *ss* saepe commutatum est in *x*, ita idem simplici literae accidisse exemplis illustravit Drakenb. ad Liv. 6, 32, 10. et 21, 62, 4. — *color*. Quum in Tur. et Alm. exhibetur *cohors*, Burmann. suspicabatur: num *colos* antiquae scripturae fuerit; improbat Spald. et aliud quid sibimet ipsi tanquam iudici subiicit: *aliqui — effulserint colores*: Sed modo prolata sententiam idem ille damnat. Sed haec ipsa exempla animum nobis confirmant, ut peritiores saltem consulere audeamus: num malint: *aliquid — extemporalis coloris*? Certe propria illa verbi *effulgere* nota, quae subiti quid ac repentini sed non adeo diuturni designat, non repugnare videtur coniecturae nostrae. Postremo satis sit lectores commonefacere dubitationis, quam scriptura et notio *coloris* nobis habere aliquando videbatur. Cfr. adnotatt. ad vers. Germ. p. 191. 92. Numquid mecum sentis de *calore*? Sed quem sero consuluisse bona fide confitemur, eandem de *aliquid* sententiam proposuit Frotcher. in Observatt. crit. in quosd. loc. Quinctil. Lips. 1826. p. 34. — *regredi*. Hanc scripturam post Camp. et ex auctor. Tur. a sec. m. et Palat. Gebh. revocavit Spalding. pro vulgata *redire*. Sed facile mecum diligentiores dignoscent quid intersit inter *regredi* et *redire*: hoc enim non nisi eius est qui necessitate aliqua ad pristinum locum vel propositum vel consilium reverti cogitur, etiamsi id sponte factum esse videatur; certe ratio est quae impellit. Contra *regredi* et *digredi* otiosi magis est ac securi et qui libera utitur voluntate; itaque fit ad libitum et pro arbitrio. Itaque perquam apte ac convenienter dictum est: *a quo incepto me ambitio mala detinuerat, eodem regressus*. Sall. Cat. 4. Contra cum conditione aliquanto diversa: *ad propositum redire*; ad *antiqua reditum est*. Liv. 2, 54. *illuc redeamus*. Cornel Ages. 4, 3.

quae sub
ercitatio
et regr
domo ad
tare tem
gitatio
possit,
ut illa,
sollicito
nis non
meritate
Peius et

§. 6
apertam
qui exhib
rig. in Fl
et in Ien
item in e
passim re
illa in no
pro eos a
didicimus
visse libi
quam per
brariorum
— sumus
bus adse
et quod
animo co
sollicitos
Gensleru
infra reg
sollic. I
tione ind
resp. N
iam illud
passim e
quumque
quod ad
dum esse
que inca
ab illo:
tionis me
tra caus
§. 7.
quis om
rii, inter
Cat. maj.

quae subito nata sunt, inserantur. Ideoque totum hoc exercitationis genus ita instituendum est, ut et degredi ex eo et regredi in id facile possimus. Nam ut primum est 6
 domo afferre paratam dicendi copiam et certam, ita refutare temporis munera longe stultissimum est. Quare cogitatio in hoc praeparetur, ut nos fortuna decipere non possit, adiuvare possit. Id autem fiet memoriae viribus, ut illa, quae complexi animo sumus, fluant secura, non sollicitos ac respicientes et una spe suspensos recordationis non sinant providere: alioqui vel extemporalem temeritatem malo quam male cohaerentem cogitationem. Peius enim quaeritur retrorsus, quia dum illa desideramus, 7

§. 6. *refutare.* Mire ac paene misere rem planam atque apertam detorserunt atque tricis suis implicarunt librarii, utpote qui exhibuerunt in Tur. Flor. c. Alm. *res futuri*; unde a man. corrig. in Flor. *refutari*, quae lectio in pluribus codd. locum obtinuit et in Iens. c. posterr. ante Ald — *ut illa*. In Campan. et Goth. item in editt. ante Ald. acc. Bad. Gryph. legitur: *ea*. Simile quid passim reperitur in manuscriptis veluti Cic. Cat. maj. §. 16. pro *illa* in nonn. Codd. est: *illi ea* §. 25. pro *id* datur: *illud*. §. 84. pro *eos* al. *illos*. Cfr. Parad. §. 1. 2. Attamen vel ex nostro libro didicimus rarius haec duo pronomina inter se commiscere consuevisse librarios quam *hic* et *is*, in quibus non tam confundendis quam permutandis animo quodam obstinato ac fere pervicaci libroriorum veluti singulae familiae sibi constitisse censendae sunt. — *sumus*. Camp. dat *simus* acc. Goth. et editt. ante Basil. quibus adsentiantur Par. 1. 2. Nostram tuentur Turic. et Paris. 6. et quod summum, ipsa sententiae ratio: etenim non est: quae animo complecti *licuerit*, sed quae vere complecti *libuit*. — *non sollicitos et*. Coniecturarum promendarum et hic spatium fuit. Genslerus offendens in particula *non* maluit *neque* et pro *non*, quod infra repetitur *nos*. In Iens. et posterr. compluribus datur: *ne sollic*. In Tur. et Flor. est: *sollicito sic*. Itaque si qua emendatione indigeret locus, mallet: *non sollicito* scil. animo, *sic ut resp*. Neque violentia foret *secura* mutare in *seculo*. Sed quoniam illud *sic*, quod exhibent Codd. Tur. et Flor. oriri potuit, uti passim exempla docet, ex voce *et* praecedente litera *s* attracta, quumque huius modi *Epexegesis* Quinctiliano non insolita sit, id quod ad h. l. adnotavit Wolff. ad plurimorum suffragia accedendum esse puto, quamquam quid *duri* loco insit, in sensus animumque incurrit; nam quum omnia pendeant tanquam consequentia ab illo: *id autem fiet memoriae viribus*, non bene reliqua enunciationis membra illum effectum describere, sed aliud quid, quod extra caussam positum habeas, enarrare videntur.

§. 7. *dum illa*. Ita Spald. ex opt. Codd. et Camp. In reliquis omnibus *quum i*. Idem in aliis locis sibi condonarunt librarii, inter se permutantes *cum* et *tum* et *dum*. Cfr. Gernhard ad Cat. maj. p. 80. et p. 269. Drakenb. ad Liv. 24, 35, 4. —

ab aliis avertimur et ex memoria potius repetimus quam ex materia. Plura sunt autem, si utrumque quaerendum est, quae inveniri possunt quam quae inventa sunt.

utrumque. Intelligit Wolff. et quae *memoriae* mandaveris, et quae *extemporalis* tibi suppeditabit facultas; sed accuratius haec referuntur ad *memoriam* et *materiam*; quam utramque modo commemoravit Quinctil. Verum lectio non eadem est Codd. et editt. In Camp. et editt. posterr. ante Bad. exhibetur: *si strictius utr.* Gesnerus maluit *utcumque* pro *utrumque*, ita ut esset: *quovis modo*; at tunc Spaldingio probabilius videbatur: *utique.* In Tur. et Flor. reperitur: *strutius utrumque*, a corrigentis manu transformatum in *strictius*, quod nuper Gernhard. in textum recepit, non obtemperans Frotschero, qui: *sicubi nobis utrumque* legendum esse suaserat. At nos, uti illud *strictius* longe abesse putamus a sententia scriptoris ac minime convenire notioni *quaerendi*, qualis h. l. constituitur, ita eadem coniciendi libertate usi suspicati sumus, priscam ac sinceram scripturam fuisse: *utriusque alterum*: nam quam facili ac levi oculorum lapsu enclitica *que* vocabulo *alterum* adnecti potuerit, vicinia docet verbi *quaerendum*. Cfr. Drakenb. ad Liv. 41, 2, 11. ubi longos exemplorum ordines explicatos reperies. Certe, si non prorsus ingenio languero, magis ferendum est *citius* quam *strictius*.

INS

DE FA

I. Haec)
facere A) art
tionalem (ālo
das et nonnu
adduntur.

I. Maxim
quoddam an

§. 1. In
temporal. fac
et continuatur
Obr. Vterqu
lorum capitul
secutus est t
solicitor eo
primus, non
aliisque exhil
putabam, si
didissem. Pe
Stoer. et insi
illa Comparat
notioni singu
micos. Ita e
10, 5. ampl
Alid. — bona
Camp. denuo
mus, quamqu
ponitur a Ra
is virtutibus
tam ab ipso
ris, ut ita di
tutioni ac dis
mulgare, cu
sit, exploret
ad eas artes
voluntas sit
homines dici
intentio ac s
personae eni
mus Ablativi